

SE SUSCRIBE EN TOLEDO, LIBRERIA DE FANDO.

SE PUBLICA TODOS LOS SÁBADOS.

Este Boletín está dedicado á la circulación de las comunicaciones oficiales del Arzobispado y demás que convenga al interés del Clero.



Los señores eclesiásticos que no le reciban á tiempo, harán la reclamación dentro del término de 20 días, pasados los cuales no será atendida.

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

ARZOBISPADO DE TOLEDO.

INFORME RAZONADO

ESCRITO POR EL SECRETARIO DE LA SAGRADA CONGREGACION PARA LA CORRECCION DEL MISAL ROMANO, CON LAS RESOLUCIONES Y DECRETOS EXPEDIDOS.

(Continuacion.)

DUBIUM XII.

Post decretum *Urbis et Orbis* die 10 Septemb. 1817 (n. 5098) nullum potest esse dubium quin missa Patrocinii Sancti Josephi Confessoris Sponsi Beatæ Mariæ Virginis apponenda sit in corpore Missalis Romani. Sed quum missa hæc ordinata sit pro tempore paschali, dubium oritur, quomodo sit eadem ordinanda in casu translationis post Pentecosten. Quid in casu faciendum sit relate ad officium Sacra Rituum Congregatio jamdudum definivit in *Barcinonem*. die 10 Septembris 1790 ad IV (n. 4442). Sed relate ad missam quum nulla extet Sacra Congregationis definitio, expedire videtur, ut occasione novi missalis, id modo declaretur. Si missa Sancti Josephi die 19 Martii in omnibus suis partibus propria esset, quemadmodum alia patrocinii, facile resolvi quæstio posset, subrogando in casu de quo agitur missæ Patrocinii aliam pro festo principali assignatam. Verum quum duæ istæ missæ universim discrepent inter se, regulis liturgicis consonum videtur, ut quæ propria sunt in missa Patrocinii non dimittantur extra tempus paschale sed quad fieri possit, et ritus permittat omnino conserventur. Huic sane regulæ in casu prorsus simili Sacra Rituum Congregationem inhæsisse

aperte colligitur ex duobus decretis *Urbis et Orbis* dierum 23 Junii 1703 et 23 Septembris 1706 ad 4 (n. 3657 et 3754) ubi quum sermo esset de ordinanda missa Sanctorum Apostolorum Philippi et Jacobi post Pentecosten translata, Sacra Congregatio declaravit legendam esse ipsam missam temporis paschalis, demptis solummodo *Alleluia*, ac sumpto graduali ex missa infra octavam Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli præter versiculum proprium: *Tanto tempore vobiscum sum, etc.* quem retineri voluit. Quo posito exemplo facile quisque dabit non recessurum à regulis Sacra Congregationis qui arbitraretur missam Patrocinii Sancti Josephi legi debere post Pentecosten uti ordinata est pro tempore paschali, demptis solummodo *Alleluia* sumptoque graduali ex missa diei 19 Martii cum versiculo proprio *Fac nos innocuam Joseph, etc.*, et tribus *Alleluia* dispositis juxta rubricas.

Hisce itaque præmissis, quæritur.

Quomodo sit ordinanda missa Patrocinii Sancti Josephi in casu translationis post Pentecosten?

DUBIUM XIII.

In missa Sancti Laurentii Martyris diei 10 Augusti post evangelium legitur: *Non dicitur Credo nisi in ecclesia propria, aut nisi venerit in dominica.* In missa autem diei octavæ, quæ incidit infra octavam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis notatur absolute dicitur *Credo*. Jam vero quum in casu prorsus simili, nimirum in die Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, qua *Credo* non

dicitur nisi in ecclesia propria, aut nisi venerit in dominica, relate ad diem octavam rubrica expresse adnotat dicitur *Credo* propter octavam *Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli*, quæritur.

An etiam in die octava sancti Laurentii adjici hæc rubrica possit dicitur *Credo* etiam extra ecclesiam propriam propter octavam Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis?

DUBIUM XIV.

Post missam Sanctorum Apostolorum Simonis et Judæ diei XXVIII Octobris recentiores Missalis Romani editiones hanc habent rubricam ignotam editioni Sacræ Congregationis de Propaganda Fide anni 1714 ceterisque præcedentibus editionibus: *Si in vigilia omnium Sanctorum occurrerit missa de aliquo festo semiduplici, tunc tertia oratio erit à cunctis non vero de Spiritu Sancto.* Consonat certissime hæc rubrica cum particulari decreto Sacrorum Rituum Congregationis in una ordinis Capuccinorum diei 21 Junii 1710 ad 2 (n. 3827), nec denegari potest ejus insertionem in corpore missalis apprime utilem esse. Nihilominus quum eadem desit, juxta dicta, in omnibus antiquis editionibus, ac decretum ex quo hausta fuit non sit generale, sed particulare, quæritur.

An eadem rubrica conservari debeat?

DUBIUM XV.

In decreto *Urbis et Orbis novum missale* diei 25 Septembris 1706 (n. 3754) ad XI quum quæsitum fuisset: *Utrum quando occurrit dedicatio basilicarum Salvatoris et Sancti Petri infra octavam dedicationis aliarum ecclesiarum, assignanda sint aliæ collectæ vel orationes, vel sit omittenda commemoratio?* Sacra Rituum Congregatio respondit: *Sumatur pro commemoratione alia oratio de communi, nempe Deus qui invisibiliter, etc., et apponatur decretum in principio missalis.* Ex hac clausula responsioni adjeta, quisque intelligit non eam fuisse Sacræ Congregationis mentem ut hæc responsio ad modum rubricæ in corpore missalis insereretur sed tantummodo ut apponeretur in principio missalis post rubricas generales, inter decreta ejusdem Sacræ Congregationis. Reapse in missali edito anno 1714 à Sacra Congregatione de Propaganda Fide, pro quo adamussim latum hoc fuerat decretum, nulla quoad variandas orationes peculiaris rubrica inserta fuit missæ in anniversario dedicationis eccle-

sia: et licet verum sit neque initio missalis (perfecto ex oblivione) ullam adnotationem de eadem re appositam fuisse, constat tamen à quavis nova rubrica addenda abstinuisse editores. Ast quod prædicti missalis editores piaculo sibi duxerunt in recentiores typographi fas sibi esse putarunt, hæc addita arbitrio suo rubrica in prædicta missa post orationes pro ipso die dedicationis assignatas: *Prædictæ orationes debent sumi quotiescumque occurrerint plures commemorationes de anniversario dedicationis ecclesie.*

Hæc quum ita se habeant: quæritur.

Utrum in novo missali standum sit adamussim præcitato Sacræ Rituum Congregationis decreto: an, illo minime obstante, retineri possit prædicta rubrica?

DUBIUM XVI.

Missalia archetypa Clementis VIII et Urbani VIII nec non quæcumque posterius edita ad nos usque, postcommunionem in collatione Sacrorum Ordinum ita conceptam: *Quos tuis, Domine, reficis sacramentis, continuis attolli benignus auxiliis; ut tue redemptionis effectum et mysteriis capiamus, et moribus, exhibent cum conclusionem: Per Dominum, etc.* licet verba *tue redemptionis* demonstrent orationem dirigi ad Filium Dei, ac proinde postulent juxta rubricas conclusionem: *Qui vivis, etc.* Certe in casu prorsus simili, nimirum in post-communionem missæ quotidianæ pro defunctis, quæ ita se habet: *Animabus quæsumus Domine, famulorum famularumque tuarum oratio proficiat supplicantium, ut eas et à peccatis omnibus exuas, et tue redemptionis facias esse participes* prædicta missalia ponunt conclusionem: *Qui vivis:* Quæritur itaque.

Quomodo concludi debeat postcommunio in collatione Sacrorum Ordinum?

DUBIUM XVII.

Ad omnem incertitudinem adimendam circa interpretationem rubricæ, quæ legitur ante missam pro Sponso et Sponsa, Sacra Rituum Congregatio decreto *Urbis et Orbis* diei 7 Januarii 1784 approbante Summo Pontifice Pio VI (n. 4415) declaravit: *In celebratione nuptiarum; quæ fit extra diem Dominicum, vel alium diem festum de præcepto, seu in quo occurrat duplex primæ, vel secundæ classis, etiam si fiat officium et missa de festo duplici per annum sive majori,*

sive minori dicenda esset missam pro sponso, et sponsa in fine missalis post alias votivas specialiter assignatam: in diebus vero Dominicis aliisque diebus festis de precepto, ac duplicibus primæ et secundæ classis, dicendam esse missam de festo cum commemoratione missæ pro sponso, et sponsa.

Jan vero quum publice expediat ut decretum istud minime ignoretur à parochis, aliisque sacerdotibus ad nuptiarum benedictionem legitime deputatis, quæritur.

1. An ex eodem decreto nova rubrica confici possit quæ apponatur in corpore missalis ante missam pro sponso et sponsa? *Et quatenus negativa.* 2. An saltem decretum ipsum apponi possit initio missalis post rubricas generales?

(Se continuará.)


CONFERENCIAS

PRONUNCIADAS EN LA CATEDRAL DE PARÍS

por

EL PADRE FELIX, DE LA COMPAÑIA DE JESUS,

EN 1861.



(Continuacion.)

CONFERENCIA SEGUNDA.

Erigida ya la familia en sus esenciales elementos, tiene el cargo, comun al padre y á la madre, de educar al hijo. Este ministerio sublime cuya atribucion es perfeccionar al hombre y engrandecer á la humanidad, no podia ser omitido en la presente predicacion sobre *el progreso por medio del Cristianismo*, pues, aunque asunto al parecer distinto de éste, hállase tan conexo á su fondo más sustancial que casi se confunde con él. La íntima y necesaria conexion de estas materias, la hemos ya consignado al demostrar el respectivo enlace del progreso con la educacion, y de la educacion con el Cristianismo. El enlace del progreso y de la educacion consiste en que todo progreso verdadero no es sino un acrecentamiento del valor humano, y en que la educacion es quien al hombre da, juntamente con su valor íntimo, el signo que le distingue entre los demás seres de su especie. El enlace de la educacion con el Cristianismo consiste en que para ser aquella progresiva, tiene que ser eminentemente religiosa y cristiana, y en que sólo la educacion cristiana, al difundir la vida de Jesucristo en las generaciones, eleva la civilizacion, señalando con la cruz, en el tiempo y en el espacio, la frontera gloriosa que la separa de toda barbarie.

Trátase ahora de entrar en el fondo de las

cosas, para demostrar por menor cómo el verdadero Cristianismo resuelve el árduo problema de una educacion progresiva. Y como quiera que la educacion no sea otra cosa sino desarrollo de la vida humana y acrecentamiento del hombre, en esto mismo hallamos trazado nuestro plan: examinemos la gerarquia de las facultades del hombre, y mostremos cómo la educacion cristiana lo engrandece bajo todos sus aspectos, dando á todas sus facultades el más perfecto desarrollo. En toda obra que dura, débese principalmente considerar su cimiento. Pues bien, en el hombre la facultad más relevante, por ser base y apoyo de su vida entera, es la *inteligencia*. La inteligencia es una vision de la verdad íntima: ejerce su actividad propia cuando el alma colocándose frente á la verdad, la mira, la concibe, la hace suya, la estrecha y se une con ella. Por la inteligencia hay una especie de matrimonio indisoluble entre el alma y la verdad, y en tanto es más perfecta una inteligencia en cuanto la verdad unida con el alma ha sido mejor percibida en lo más íntimo de las cosas y de sus elementos. Inteligencia (su nombre mismo lo dice), es leer el alma lo que hay dentro de los seres, con la propia luz que éstos llevan en su fondo. De aquí la exacta clasificacion de las inteligencias: hombres sin inteligencia son los que no saben leer sino en la superficie; hombres de mediana inteligencia los que no penetran sino algunas capas de esa superficie; y hombres de inteligencia superior los que abundan hasta la médula de las cosas; llámase tambien profundos á estos últimos, porque llegan al fondo de los seres, ó cuando ménos le tocan más de cerca que el comun de los demás hombres.

Tal es la inteligencia humana; trátase de descubrir el verdadero secreto de su desarrollo y de su educacion. Pues si bien el desarrollo de esta facultad parece constituir principalmente lo que llamamos instruccion, ciencia, no es ménos cierto que en su formacion primitiva ha menester esencialmente de la educacion, como que sin ella ni aun concebir se puede al hombre. Puédesse dar hombre sin instruccion, pero no hombre sin inteligencia.

Claramente espero manifestaros en esta Conferencia, con la ayuda de Dios y vuestras rectas disposiciones para recibir el puro rayo de la verdad, que sólo el Cristianismo, y mejor dicho, sólo el Catolicismo, asienta en el alma del hombre las verdaderas bases de la educacion, porque sólo él realiza las necesarias condiciones para la verdadera formacion de la inteligencia.

I.

Cosa muy diferente, señores, de lo que se figuran muchos hombres de nuestro tiempo, es la verdadera formacion de la inteligencia. Ensenñase á los niños un poco de historia, un poco de geografia, un poco de matemáticas, un poco de griego, un poco de latin; en resúmen, un poco de todo; arrégloseles con todo esto una especie de menaje literario y científico, y cuando ya son hombres, decláraseles especialidades de ciencia, ó lumbreras de literatura... ¡Pobres sábios que suelen no poseer el vulgar tesoro del comun sentido! ¡pobres lumbreras á quienes falta la luz de lo que es gloria del hombre! Hacer consistir la formacion de la inteligencia y el progreso del hombre en esa acumulacion de cosas más ó ménos ordenadas, ó en el estudio más ó ménos profundo de alguna de ellas es tanto como desconocer las más elementales condiciones de la educacion humana; es confundir el ornamento de la inteligencia con la inteligencia misma, y tomar por verdadera arquitectura del hombre lo que un autor llama con propiedad su *ornamentacion*. El hombre es un animado edificio, construido por un divino Arquitecto, y cuya base, como hemos dicho, es la inteligencia, pues ella, en efecto, sustenta la vida humana.

Pero, ¿cómo se sustenta á sí propia la inteligencia? ¿en qué debe apoyarse como punto de partida para su completo desarrollo? Señores, el apoyo y sostén de la inteligencia son los principios, y si ella ha de sustentar y guiar recta y firmemente á la vida, en ese cimiento incommovible debe asentarse.—«La razon, dice un sabio escritor, es profesion habitual de principios y posesion de las grandes leyes.»—Y en efecto, el terreno sólido y fecundo en donde la inteligencia debe echar sus profundas raices si ha de llegar luego á pleno crecimiento y perfecta madurez, no es otro sino el de posar con certidumbre los grandes principios y las grandes leyes, ó sea los elementos primarios de la vida intelectual, moral, religiosa y social. Más bien que un edificio animado, como ántes he dicho, pudiera decir que el hombre es un árbol animado, al que lo primero que le hace falta, como á todo árbol y á toda planta, es arraigarse en el suelo que le sostiene y presta jugo. Semejante á la encina que ántes de elevarse en el bosque y de ostentar todo su vigor y galanura, comienza por extender bajo tierra en largo trecho sus fuertes raices, así el hombre en su juventud es menester que se halle estrechamente

adherido con sólidas convicciones á la tierra de aquellas verdades primordiales aprendidas en la primera educacion de su infancia.

Es necesario que su inteligencia se trabee y adhiera á sí propia con insoluble vinculo alrededor de esas verdades fundamentales, como enlazada á un muro de granito indestructible: entónçes, y sólo entónçes, puede el hombre elevar su sér, y ya elevado así, desafiar á las tempestades. ¿De qué servirian á la más gigantesca encina, tronco robusto, ramas vigorosas y espléndido follaje, sin hondas y duras raices? Bastaria una bocanada de viento para derribar toda su magnificencia. Pues así tambien, ¿qué sería del hombre más elevado por su cuna, más ilustre por su ingenio y colmado de los favores de la suerte, si su existencia no estaba arraigada en la certidumbre y sustentada en la verdad?

(Se continuará.)

ANUNCIO.

Se hallan vacantes las dos tenencias de la parroquial de S. Estéban del pueblo de Vargas, distante una hora de Toledo, dotadas por el Gobierno con 2,200 rs. la una; y de 2,000 rs. la otra, que se perciben mensualmente, y en la misma forma que los demás partícipes del presupuesto eclesiástico. Los pretendientes pueden contar con intencion segura para la misa que con limosna de 5 rs. diarios lo menos, se les garantizará por el Párroco de la dicha iglesia, quien tambien se obliga á satisfacerles 3 rs. diarios cobrados mensualmente, ó sean 100 ducados anuales, para distribuirlos entre ambos.

Si alguno ó ambos pretendientes tuviesen disposicion para la predicacion, pueden contar con la limosna de 900 rs. que con toda oportuna puntualidad satisface la municipalidad, y con cási todos los sermones de pago, y además con otros emolumentos eventuales por vestuarios en misas y funciones solemnes, como entierros de primera clase de párbulos y adultos.

Los aspirantes dirigirán sus solicitudes en el término de un mes contado desde la fecha de este Boletín al Sr. Cura propio D. Juan Pablo Cebrian.

Editor, D. Severiano Lopez Fando.

TOLEDO:—1861.

IMPUNTA DEL MISMO, ANCHA 31, Y NUNCIO VIEJO 13.